Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nunm[s]cere moriar. cum michi nihil horum
que tuli malitiose apposuerunt adversum
me. Exaudiuit autem dnus vocem eius.
Cumque ducerentur ad mortem suscitauit
dominus spm sanctum pueri iuniores cui
nomen daniel et exclamauit voce mag
na. Mundus ego sum a sanguine hui?
Et rursus omnis plebs ad eum dixit.
Quis est iste qui loquitur in medio eorum
es? Qui cum staret in medio eorum ait.
Sic fatui filii israel. non iudicantes nec
quod verum est agnoscentes. dempsi
stis filiam israel. Reuertimini ad
iudicium. quia falsum testimonium
locuti sunt adversus eam. Reversus e
st ipse cum festinatione. Et dixerunt
ei senes. veni et sede in medio nostrum. et
indica nobis. quia tibi dedit deus honorem
senectutis. Et dixit ad eos daniel. Se
parate eos abinuicem. procul. et diiudi
cabo eos. Cum ergo diuisi essent. alter
ab altero. vocauit unum de eis. et dixit ad
eum. Inueterate diebus malorum nunc ad
uenerunt peccata tua. quae operabaris
prius. iudicans iniqua. iniusta. nocen
tes opprimens. et dimittens noxios.
dicente domino. Innocens et iustum
non interficies. Nunc ergo si iudicii ear
die sub qua arbore uidisti eos colloquentes sibi.
Qui ait. sub ceno. Dixit autem daniel. Re
te mentitus es in capite tuo. Ecce enim
angelus domini accepta sententia ab eo.
scindet te medium. Et amoto eo iussit
uenire alium. et dixit ei. Semen cha
naan. et non iuda. species decepit te. et con
cupiscentia subuertit cor tuum. Ita fa
cebatis filiabus israel. et ille timentes loqu
bantur uobis. sed non filia iuda sustu
lit iniquitatem uestram. Nunc ergo die
mihi sub qua arbore aspexisti eos loqu
entes sibi. Qui ait. sub pino. Dixit autem
et daniel. Recte autem mentitus es et
tu in capite

tuum. Manet enim angelus dei gladium
suum. ut scindat te medium. et interficiat
vos. Exclamauit itaque omnis ecclesia
voce magna. et benedixerunt deum. qui
saluat sperantes in se. Et insurrexerunt
adversus duos presbyteros. quia eos da
niel ex ore suo falsum dixisse testo
mium. fecerunt eis sicuti male egerant
adversus proximum. ut facerent secun
dum legem moysi. et interfecerunt eos. Et san
guis erat innocens in die illo.
Helcias autem et uxor eius laudau
erunt deum. pro filia sua susanna cum
ioachim marito eius. et cognatis eius.
quia non est inuenta in ea res inde
cens. Daniel autem factus est magnus
in aspectu populi a die illa. et deinceps.
Et rex astiages appositus est ad patres
suos. et suscepit cyrus perses regnum eius.
Erat autem daniel conuiua regis. et honorat
us erat omnibus amicis regis. Ca. xiiii.
Erat quoque idolum nomine
bel. apud babilonios. et im
pendebantur in eo ypsis si
gilos similae artabae. xii. et oues. xl.
uini quoque amphoras sex. Rex quoque
colebat eum. et ibat per singulos dies
adorare eum. Porro daniel adorabat
dominum suum. Dixit quoque ei rex. Quare non
adoras bel? Qui respondens ait ei. Quia
non colo idola manu facta. sed uiuentem
dominum qui creauit celum et terram. qui habet
potestatem omnis carnis. Et dixit ad
eum rex. Non tibi videtur esse bel deus
uiuens? An non uides quanta comedat
et bibat cotidie? Et ait daniel arri
dens. Ne errores rex. Iste enim intrinsecus
luteus est. et foris aeneus. et nequaquam
comedit aliquando neque bibit. Et iratus
rex uocauit sacerdotes eius. et ait eis.
Nisi dixeritis mihi quis est iste qui comedat
impensas istas. morietis. Et ait